



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae  
aliquot piae, ante hoc tempus excusae nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Feria iij. quatuor temporum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

lior, tanto in futuro erit excelsior, Petro apostolo teste, qui ait: Humiliamini sub potenti manu dei, *1. Petr. 5.* ut uos exaltet in tempore uisitationis.

FERIA QUARTA QVATV  
or temporum. Marci IX.

In illo tempore Respondens unus de turba, dixit ad Iesum: Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum qui ubicumque eum apprehenderit, allidit eum. Et reliqua.



**N**otandum quod semper loca rebus congruunt. In monte dominus orat transformatus, discipulis arcana suae maiestatis aperuit: in inferiora descendens, turbae occursum excipitur, miserorum fletu pulsatur. Sursum, discipulis mysteria regni caelestis referat: deorsum, turbis peccata infidelitatis exprobrat. Sursum

patris uocem, his quibus poterat, praedit: deorsum spiritum malum ab his qui uexabantur, expellit. Qui etiam nunc pro qualitate meritorum, alijs ascendere, alijs uero non desistit descendere. Nam carnales adhuc & incipientes, quasi ima petentes confortat, docet, castigat: perfectos autem, quorum conuersatio in caelis est, sublimius extollendo glorificat, liberius de aeternis instruit, & saepe quae a turbis nec audiri quidem ualeant, docet. Daemoniacum autem hunc, quem descendens de monte do

minus sanauit, Marc<sup>9</sup> quidem surdum mutumq<sup>ue</sup>.  
**Matt. 27** Matthæus uero lunaticum fuisse commemorat: si  
 gnificat autem eos, de quibus scriptum est, Stulti  
 ut luna mutantur, qui nūquam in eodem statu per  
 manentes, nunc ad hæc, nunc ad illa uitia mutati,  
**Ecci. 27** crescunt atq<sup>ue</sup> decrescunt. Qui muti sunt, non con  
 fitendo fidem: surdi, nec ipsum aliquatenus uerita  
 tis audiendo sermonem. Spumant autem, cū stul  
 titia tabescunt. Stultorum nanq<sup>ue</sup> & languentium  
 atque hebetum est, spumas salinarum ex ore di  
 mittere. Strident dentibus, cum iracundiæ furere  
 flamescunt, & nulla uirtutis industria confortati,  
 eneruiter uiuunt. Quod autem ait,

Et dixi discipulis tuis, ut eijcerent eum, &  
 non potuerunt. Impatienter accusat apostolos, cum  
 impossibilitas curandi interdum non ad imbecilli  
 tatē curantiū, sed ad eorūq<sup>ue</sup> curandi sunt fidē refera  
 tur, dicente dñō Fiat tibi secundū fidem tuam.

**Matt. 9.**

Qui respondens, dixit eis: O generatio incre  
 dula, quandiu apud uos ero? quādiu uos pati  
 at? Non hoc tēdio superatus ait mansuetus ac mi  
 tis, qui non aperuit sicut agnus corā tondēte os su  
 um, nec in uerba furoris erupit, sed q̄si in similitudi  
 nem medici, si ægrotum uideat contra sua præcep  
 ta se gerere, dicat. Vsq<sup>ue</sup> q̄ accedam ad domum tuā?  
 quousq<sup>ue</sup> artis perdā industriam, me aliud iubente,  
 & te aliud perpetrante? Intantum autem non est  
 iratus homini, sed uitio: et p unum hominem Iu  
 dæos arguit infidelitatis, ut statim intulerit:

Afferre illum ad me. Et attulerunt eum. Et  
 cum uidisset eum, statim spiritus conturba  
 uit eum: & Iesus in terram, uolutabatur spumās. I

Allarum domino puerum spiritus cōturbat & elidit, quia sepe dum conuerti ad deū conamur, maioribus nouisq; antiqui hostis pulsamur insidijs. Quod ob id utiq; callid⁹ facit aduersarius, ut uel odium uirtutis incutiat, uel expulsionis suæ uindictæ iniuriam. Hinc est enim (ut de speci transeamus ad genus) qđ ecclesiæ sanctæ primordijs tot grauissima inferebat certamina persecutionum, quod suo regno dolebat subito animarū illata fuisse dispendia. Et interrogauit patrē eius: Quantum tēporis est, ex quo hoc ei accidit? At ille ait: Ab infantia. Et frequēter cum in ignē & in aquas misit, ut eum perderet. ] Erubescat iulianus, qui dicere audeat, omnes homines absq; ulla contagione peccati nasci in carne tam innocentes per omnia, quam fuit Adam quādo creat⁹ est. Quid enim habuit iste puer, ut ab infantia a dæmonio uexaretur acerbissimo, si nullo originalis peccat uinculo tenebatur, quem constat nullū adhuc proprium potuisse habere peccatū? Cōfiteatur catholicus quia nemo immunis a noxa primæ preuaricatōis nascitur, & inuocet gratiam dei, qua liberetur de corpore mortis per Iesum Christum dominum nostrū. Intellegat scriba doctus, in hoc dæmoniaco a dño curato, saluationem omniū fidelium esse designatam, qui originalis culpæ reatu astricti ueniunt in mundum, unius redēptoris Iesu Christi fide & gratia saluandi. Quod autem dictum est, [Et frequēter eum in ignem & in aquas misit,] maxima humanæ uecordiæ facinora designat. Ignis namq; ardor, ad feruorem iracundiæ referendus est: aqua, ad uoluptates carnis, quæ dissoluere mentem per delicias solent. Vel certe in ignem fertur dæmo-

niacus, quo adulterantium corda succensa sunt: & in aquas, quæ solent extinguere charitatem.

Sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possible credenti. ] Aptum dominus responsum dedit petenti. Ipse enim ait, [ Si quid potes, adiuua nos: ] & dominus: [ Si potes, inquit, credere, ] possum uos misertus adiuuare: quia fides non ficta, omnia quæ salubriter petit, impetrare meretur. Quo contra leprosus, qui fideliter clamabat: Domine, si uis, potes me mundare, congruum suæ fidei accepit responsum: Volo, mundare

Mat. 8.

Et continuo exclamans pater pueri cum lachrymis, aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. ] Nemo repente fit summus, sed in bona conuersatione a minimis quisque inchoat, ut ad magna perueniat. Alia namque sunt uirtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Si enim & ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus duceretur, iste interrogatus an crederet, non responderet: [ Credo domine, adiuua incredulitatem meam. ] Si enim credebatur, cur incredulitatem dicebat? Si uero incredulitatem habere se nouerat, quomodo credebatur? Sed quia per occultam inspirationem gratiæ, meritorum suorum gradibus fides crescit, uno eodemque tempore is, qui necdum perfecte crediderat, simul & credebatur, & incredulus erat.

Et cum uideret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. ] Comminatio domini, diuini est uirtus imperij. Non au-

tem puero qui uim patiebatur, sed dæmoni qui inferebat, comminatus est: quia qui peccat emendare desiderat, uitium utiq; inrependo & execrando debet exterminare, sed hominem amando refouere. Bene autem dñs, qui spm̄ immundum pellit ab homine, simul ne amplius in eum ingrediat, imperat: quia ille ueraciter a dæmoniaca dominatione liberatur, qui ad peccata, a quibus semel penitendo mundatus est, uitat maleuiuendo reuerti.

Et clamans, & multum discerpens illum, exiit ab eo. Exiturus ab homine ip̄s immūds, discerpit eum, ac furenti clamore terruit intuentes: quia plerunq; diabolus, dum de corde expellitur, acriores in eo tentatiōes generat, quam prius excitauerat, quando hoc quietus possidebat.

Et factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius, eleuauit illum, & surrexit. Quā hostis impus iam fugere compulsus strauit, ac mortuo similem reddidit, hunc pius saluator miti suæ dexteræ tactu eleuauit. Qui sicut uerum se esse deum potentia saluandi docuit, ita etiam uerā se habuisse carnis naturam more tactus humani declarauit. Negat nanque Manichæus insanus, ueraciter eum carne indutum fuisse: sed ipse cum tot languētes suo tactu exreit, mundauit, illuminauit, heresim illius, & antequam nata esset, damnauit.

Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant illum: Quare nos non potuimus eicere eum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratiōe & ieiunio.

Dum docet apostolos q̄modo dæmon nequis-

simus debeat expelli, omnes instituit ad uitam, ut scilicet nouerimus grauiora queq; pctā uel imū dorum spirituum tentamenta, ieiunijs & orationibus esse superanda: iram quoque domini, cum in ultione scelerum nostrorum fuerit accensa, hoc remedio singulare posse placari, ieiunium autem generale est, non solum ab escis, sed a cunctis illecebris abstinere carnalibus, imo ab omnibus uitiorum continere passionibus. Sic & oratio generalis, non in uerbis solum est, quibus diuinam clementiam inuocamus, uerum etiam in omnibus quæ in obsequium nostri conditoris fidei deuotione gerimus, teste Apostolo qui ait: Semper gaudete, sine intermissione orate. Quomodo enim quis omnibus horis atq; momentis sine intermissione deū potest inuocare sermonibus? Sed tūc sine intermissione oramus, cū ea solū opera gerimus, q̄ nos pietati nostri commendēt autoris. Quo nimirum ieiunio & oratione, iuuante domino, cunctas antiqui hostis debellabimus ac ppulsabimus insidias.

2. thes. 5.

## FERIA SEXTA QVATVOR



tēporū. Luc. XVIII.

In illo tempore dicebat Iesus parabolam ad discipulos suos, qm̄ oportet semper orare & non deficere. Et reli.

**D**icit & Apostolus, Sēper gaudete, sine intermissione orate. Quis autem potest ita semper orare, & sine defe

1. thes. 5.